

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

163. fer. 3. Quomodo orandus Deus, ut nos magis illuminet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 3. Dom. infr. Oct. Ascens. 285

Conf. 3. Ut in virtutibus exerceamur necessarium esse Timorem Domini. 2. Pietatem. 3. Scientiam. 4. Fortitudinem. 5. Consilium. 6. Intellectum. 7. Sapientiam, quæ dona per septem petitiones orabo.

MEDITATIO CLXIII.

Feria 3. Dom. infra Octav. Ascens.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
magis illuminet.*

Colloculo me inter Virtutes Fortitudine insignes, exequentes miracula, intenti ad Deum Fortitudinis auctorem, ad Ephes. 1. Petam, quomodo orandum, ut magis illuminer.

Conf. 1. Intelligere me debere tentationem perplexam, quæ sub uno eodemque tempore, multis, varijs, & penè contrarijs vitijs impugnat, ut miser animus undique bellis cinctus, cum uni resistere nititur, in aliud, quod non timebat, luctuosâ collitione labatur; hanc, qui consolatur humiles, ut tollat Deus, humiliter invocandus.

2. Intelligenda est tentatio importuna, quam à memorie nostræ oculis amovere vix possumus, & semel amota iterum reddit, & penè omni horâ inquietare non desinit. De hac musca manu discretionis sacrificio actionum nostrarum amoyenda utimur petitione.

3. In-

Conf.

3. Intelligenda est tentatio dubia, qua ita animum ambiguitatis nubilo involvit, ut quid faciendum, aut quid omittendum sit, tenere omnino non possit. In hac, ut nubila discutiat, & quam puerilia &vana sint, quæ nos infestant, ad Dominū recurrimus.

4. Intelligenda est tentatio fraudulenta, quæ animum decipit, malum sub specie boni proponendo, jam inermes ad bellum, ad alium locum, officium invitando, quam ut verus oriens, ex alto devincat, & luce suā verum aperiat, & falsum prodat, utimur petitione.

5. Intelligenda est tentatio subita, quæ repente irruit, & nostram considerationem prævenit, in quam sæpe incauti, & inconsiderati solent incidere, dum sine timore omnia lustrant, & decipulam sibi à satana paratam non advertunt. In hac ut fugiantur occasiones peccandi, ne diabolus subito insurgens præoccupet, & gratiam perdam, dum incaute cupiditatem expleo, utimur petitione.

6. Intelligenda est tentatio violenta, quæ adeo fortiter, & acriter impugnat, ut ab humana imbecillitate superari vix possit, nisi abundantissima gratia hujusmodi impugnationi resistat. Hanc passi sunt Martyres, tormentis, & morte ad deserendam vitam adi-

eti

Ascens.
bia, qua
involvit,
tendum
ac, ut nu
rana sint,
urrimus
dulenta,
peciebo
llum, ad
quām ut
luce suā
, utimur
ita, quā
ationem
inconsi
more o
i satana
fugian
is subito
perdam,
utimur
nta, qua
t ab hu
issit, nisi
opugna
res, tor
mada.
et

Feria 4. Dom. infr. Oct. Ascens. 287

sti. Verūm, si fortis est, qui in nos irruit, for
tior est, qui nos defendit. Et si violentē
trahimur ad consensum peccati, potentis
simē ad sustinendum sensum, & negandum
consensum adjuvamur.

7. Intelligenda est tentatio occulta, quæ
ita latenter ingreditur, ut in rebus agendis,
vel vitandis, quæ magnam diligentiam po
scunt, magnam negligentiam inducat: Hæc
rem optimam, & magni momenti indiscus
sam relinquit, ut cursim & festinanter cum
magnis imperfectionibus executioni man
detur; & in hoc genere rogandus Dominus
lucis, ut nos liberet à negotio perambulante
in tenebris, addam Orationem Dominicam,

MEDITATIO CLXIV.

Feria 4. Dom. infra Octav. Ascens.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
illuminet ex toto.*

Colloabo me inter Dominationes, ter
renorum contemptores, & totā inten
tione inclinatos ad summum bonum; ad
Coloss. i. Petam, quomodo orandum, ut
illuminer ex toto.

*Conf. 1. Quomodo me habere debeam
erga meipsum. 2. Claram cognitionem de
bere me habere imperfectionum mearum,
& sanctitatis Dei, ideoque detestari propriam
vilita-*